PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 41r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



hoc de usu regulę sollicite seruarent. quadā die ad respon
sū frs egressi sunt. in quo tardiori cōpulsi sunt. hora demo
rari. Qui manere iuxta religiosā feminā nouerant. cuius in
gressi habitaculū sumpserunt cibū. Cūq; iam tardius ad
cellā redissent. benedictionē patris ex more petierūt. Quos
ille ꝓtinus ꝑcontatus est dicens. Vbi comedistis. Qui re
sponderunt dicentes. Nusquā. Quib; ille ait. Quare ita
mētimini. Numq. illius talis feminę habitaculū non intras
tis. Numquid hos atq; illos cibos non comedistis. Numq.
tot calices non bibistis. Cumq; eis uenerabilis pater et ho
spiciū mulieris. et genera ciborū. et numerū potuū dice
ret. recognoscentes cuncta quę egerant. ad eius pedes tre
mefacti ceciderunt. seq; peccasse confessi sunt. Ipse autē
ꝓtinus culpę pepercit. ꝑpendens quod in eius absentia ul
tra non facerent. quē p̄sentem sibi esse in spū scirent.
frater quoq; ualentinianus eius monachi cuius supius memo
riā feci uir erat laicus. s; religiosus. Qui ut serui dei
orationē ꝑciperet. et germanū frēm uideret. annis sin
gulis de loco suo ad cellā ieiunans uenire consueuerat.
Quadā ḡ die dū iter ad monasteriū faceret. sese illi alt̄
conuiator adiunxit. qui sumendos in itinere portabat
cibos. Cum iā hora tardior excreuisset. dixit. Veni fr̄
sumamus cibū. ne lassemur in uia. Cui ille respondit. absit
fr̄ non facio. quia ad uenerabile patrē BENEDICTVM ie
iunus semper uenire consueui. Quo responso ꝑcepto. ad
horam conuiator conticuit. S; cū post hec aliquantulū